

gold quoque non infimus Sueviae matris filius Saxoniae Margala &  
obiit, ac propter fidele seruitium imperatricis Adelheide per  
se exhibitum ipsa comitante Quedlingnensem aduerti-  
tur civitatem, ibique honorifice sepelitur.

DCCCCXCII.

Dedicatio  
Halbst.

Gloriosissima et famosissima dedicatio sanctae Halberstadensis  
ecclesiae facta est xvii. Calend. Nouemb. a venerabili suo  
provisore Hildeuardo episcopo anno suae ordinationis xxiiii. Hildeuardo.

Episcopi  
xii.

quam secum in typo apostolicae dignitatis, duodenario nu-  
mere xi. episcopi consecrauerunt, videlicet: Vuilligisus  
Archiepiscopus Moguntinus. Cusilharus Magdeburgensis  
archiepiscopus, Lieuitzo Hamburgensis archiepiscopus: Lu-  
dolfus Augustanus episcopus: Hildeboldus Vuormatiensis epis-  
copus: Rethrius Padarburnensis episcopus: Ery Fardunen-  
sis episcopus: Ursus Paduanus episcopus. Hug Citinensis  
episcopus. Raginbratus Mikilamburgensis episcopus. Ad  
haec Agro Capuanus archiepiscopus. Reinwardus Tridenti-  
nus episcopus. Manso Cassinus abbas. Thiatmarus abbas

Hildeuardo.

Vuilligis.

Gisilburg.

Lieuitzo.

Ludolfus.

Hildeboldus.

Rethrius.

Ery.

Ursus.

Hug.

Raginbratus.

Agro.

Reinwardus.

Thiatmarus.

Abbas.

Corbeius. Luro Lunaburgensis abbas. Othradus abbas Mers-  
burgensis. Lantbrecht Longhelus abbas, praesente rege se-  
reno tertio Ottone, suaque auia Adelheide Augusta praecleara,  
et filia sua gemma regia stirpis perlucida nachtilda, et nepte  
sua Haduin ueneranda abbatisa: duce quoque Bernharde  
et Leideulfo comite Capuana; et praefectis atque proceribus plu-  
rimis, et innumera atque inaequiparabili multitudine cleri  
ac populi, in laudem dei conclamantibus, dedicantes, praefa-  
tam ecclesiam orando iuuerunt xii. Calend. Nouembris,

Adelheide.

Nachtilda.

Haduin.

Bernhardus.

Leideulfo.

Totum coelum ter in nocte visum est rubrum fuisse. Hoc  
eodem anno Gerdargus Hildeshemensis episcopus orationis  
causa Romam perrexit, et inde reuersus in Longobardia  
obit, et presbiter suus Suidboldus, et diaconus suus Bodo  
eiusque frater Hroprecht et camerarius suus. Successit autem  
sibi Beruardus episcopus.

Gerdargus Ep.

Suidboldus.

Bodo.

Hroprecht.

Beruardus Ep.